

Cum tamen ex decretis etiam laicalibus contractus usurarii expressè damnati appareant, consequens ideo fit, * ut etiam Judex laicus circa hujusmodi contractus cognitionem habeat, ita ut ab Ecclesiastico jurisdictione prædicta impediri nequeat, Bim. consil. 355, n. 6, Peguer. dec. 30, num. 23, ad fin. Rim. jun. consil. 218, nu. 93, & seq. Olasc. dec. 137, num. 12, Merend. controverf. jur. lib. 15, cap. 17, nu. 7, & per totum. Farinac. de inquisit. quæst. 8, nu. 140, Ciardin. controverf. 29, n. 13, & controverf. 40, n. 15, & 16, Leotard. de usur. quæst. 100, n. 78, & sequent. & optimè explicat Pignat. ad statut. Ferrar. rubric. 97, n. 4, & 5. Unde cura dum non est de Doctoribus in contrarium adductis, vel quia contra Sperellum dicta dec. 40, in fine, judicatum apparet, vel quia eorum opinio secluso Jure municipalis idem vetante procedat. Ripol. var. resol. cap. 3, n. 243.

Bene verum est, quod usura quoad pœnas imponendas, * & contractus annullandos mixti fori dicitur, eaque propter, & præventioni locus fit, & laicus hoc crimine coram Ecclesiastico convenitur. Fachin. controverf. jur. lib. 9, cap. 30, Farinac. de inquisit. dicta quæst. 8, n. 34, 136, & 140, Ciardin. dicta controverf. 27, nu. 2, Mart. consil. 120, n. 3.

Itaque dum ex præmissis pro retinenda cognitione istius causæ coram seculari inclinandum veniret, maxima adhuc * circa istud suboritur contentio ex eo quia articulus ille Juris, an contractus reputabatur usurarius, ad solum Judicem Ecclesiasticum spectare videtur ex communi opinione. Roland. consil. 75, n. 13, & seq. & n. 28, & seq. lib. 1, Gam. dec. 194, Franc. dec. 189, nu. 11, cum aliis apud Mart. consil. 120, n. 1, 5, & 6, & de jurisd. part. 2, cap. 7, num. 11, Ripol. resolut. var. cap. 3, n. 217, & 218, Spad. consil. 149, n. 1, lib. 3, Sperell. dicta dec. 40, n. 13, 80, & 81, Thomas de execut. ultim. volunt. tit. 12, sub n. 845, vers. Circa usuram. Carol. Mallet. de Hierarch. & Jur. Militari. lib. 3, part. 1, tit. 70, §. 3, sub n. 2, vers. Quod intelligendum, fol. 281, & de Aur. Moral. Theolog. tom. 2, Malleat. 33, Bractea 18, fol. 348, in princ. vers. Quando vero. Bim. consil. 386, nu. 26, cum cæteris apud Dian. part. 1, tract. de immunit. resol. 77, vers. Sed merito contrarium: à qua opinione nec dissentit Olasc. dec. 137, n. 11, & n. 13, in fine. Clar. in §. usura n. 8, & §. fin. quæst. 37, vers. Quæro igitur, ibi, & tunc aut vertitur quæstio Juris super usura, Caball. resolut. 188, n. 2, & per totam. Ubi in substantia quod Judex secularis, potissimum ubi adsint decreta usuram prohibentia, quoad annullandos contractus, & condemnandum in pœnas jurisdictionem habeat, nihil autem circa quæstionem juris, an contractus sit usurarius discutitur, & secundum præmissa intelligi debent etiam Doctores de hac materia absolute tractantes inter quos Peguer. dec. 30, num. 19, & seq. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4, glof. 13, part. 2, n. 46, & seq. Sol. de antiq. constit. Sabaud. tit. de usur. glof. 1, n. 2, & 3, fol. 258, Leotard. de usur. quæst. 100, nu. 78, & seq.

Ex quibus indubitanter resultabat * mixti fori esse causam usurarum, Ripol. var. resolut. cap. 3, n. 235, & seq. Tondut. de prævent. part. 2, cap. 26, n. 1, Spad. conf. 149, sub n. 1, vers. Præterea lib. 3, Ciardin. controverf. 29, n. 2, & controverf. 40, n. 16, Sperell. d. dec. 40, n. 12, cum adductis supra §. bene verum. Hieron. Nicol. in suis lucubr. can. lib. 5, tit. 39, sub n. 14, vers. Usura quando, fol. 270, tom. 2, Carol.

Mallet. de Hierarch. & Jur. Eccles. Milit. lib. 3, part. 1, tit. 70, §. 3, n. 2, fol. 281, & de Aur. Moral. Theolog. tom. 2, Malleat. 33, Bractea 18, in princ. fol. 348, Bott. consil. 72, n. 9, rationem reddens, quia usura omni Jure prohibetur. Gibalin. de usur. lib. 1, cap. 7, art. 8, sub n. 46, vers. Verior tamen fol. 127, tom. 1.

Ab ultro dante si aliquid recipiatur ultra sortem usura * non committitur, ut præter relatos hic n. 10, comprobant Spad. consil. 142, n. 6, lib. 3, quatenus stipulationem usurarum requirit, Scacc. consil. 71, n. 16, Ciardin. controverf. 29, n. 70, Garz. de benefic. part. 8, cap. 1, n. 48, ubi id procedere inquit etiam si mutuans iniquam haberet intentionem, & pravum animum nempe accipiendi ratione, & vi mutui. Thomas de execut. ultim. volunt. tit. 12, num. 845, Carol. Mallet. de Aur. Moral. Theolog. tom. 1, Malleat. 55, Bract. 13, fol. 349, Carol. de Bauc. de Miscell. pract. cas. conscient. q. 387, disput. 3, quæst. 3, punct. 2, sub n. 5, vers. Dixi si speret, fol. 190, Dian. part. 1, tract. 8, resol. moral. 62, vers. Sed semper ego fol. 122, Gibalin. de usur. lib. 1, cap. 8, art. 2, consil. 1, fol. 131, & latissime lib. 2, c. 3, art. 1, 2, & 3, fol. 227, tom. 1, Leotard. de usur. q. 1, n. 35, & quæst. 98, n. 32, Christoph. Vom. Dag. de usu usur. cap. 3, ex n. 32, Steph. à Sancto Gregorio de contract. lib. 2, cap. 29, n. 8, ubi concludunt quod non solum liceat aliquid occasione mutui ex causa gratitudinis recipere à sponte dante, verum etiam quod promittatur excitare mutuatarium, ut aliquid titulo gratitudinis refundat, cui sententia omnino ad hærendum * venit, quicquid in oppositum sustinere contendat. Scacc. de commercio. & camb. §. 1, quæst. 7, part. 2, ampliat. 19, sub n. 65, & 67, & part. 3, limitat. 20, n. 5, & post alios Rot. dicta dec. 301, n. 28, & seq. part. 5, recent. repetita apud Merlin. dec. 409, ex supposito specialitatis per Doctores nullatenus admittæ, & dec. 231, n. 1, part. 9, tom. 1, recent.

Ob quam usurarum probationem efficitur, ut neque etiam sub prætextu * alimentorum permittatur, ut latè animadvertitur hic per Auctorem num. 12, & exornat Leoncill. de privileg. pauper. 418, n. 1, & per totum part. 2, Rot. apud Pacific. de Salvian. dec. 97, num. 2, Gratian. discept. 848, nu. 3, nec ex eo quod favore pupilli agatur quicquam relevaret ad tradita per Leotard. de usur. quæst. 20, num. 30, in fine, & quæst. 94, num. 70. Ubi quod pupillus teneatur ad restitutionem usurarum per Tutorem ejus nomine exactarum, subdens idem procedere quoad dominum qui debet restituere usuram per procuratorem ejus nomine extortas.

Testator si legaverit certam quantitatem, & jussit hæredibus, * quod donec legatum solverint, quid annuum respondeant, legatum hujusmodi tanquam sapiens usuram non sustinetur. Gratian. discept. 34, n. 34, & discept. 848, n. 2, & seq. Homobon. de exam. Eccles. tom. 2, cap. 13, quæst. 38, in fine. Surd. consil. 23, n. 2, Rot. apud Pacific. de Salvian. dicta dec. 97, sub n. 1, vers. Hoc enim. Cavaler. dec. 591, nu. 1, Buratt. dec. 144, num. 8, ubi Ferentill. num. 13, Ciardin. controverf. 25, n. 2, Crivell. dec. 149, nu. 9, Gibalin. de usur. lib. 1, cap. 7, artic. 8, consil. 5, n. 36, fol. 123, tom. 1, Leotard. de usur. quæst. 18, n. 1, & 2, Rot. in Urbevetana legat. 5, Aprilis 1647, §. minus obstat Bichio. Secus verò si legando ad solvendum quantitatem legatam dilationem concesserit cum onere * annuatim legatario per hæredem præstandi aliquid, legatum enim tunc sustinetur. Surd. dicto consil. 23, nu. 9, & 13, Gratian. dicta discept. 34,

discept. 34, num. 35, & dicta discept. 848, sub n. 5, vers. Contraria, & seq. Cavaler. d. dec. 191, n. 2, Merlin. de legit. post tract. dec. 29, n. 1, in fine, & seq. repetita apud Pacific. de Salvian. dec. 159, & post Farinac. consil. lib. 1, decis. 85, Buratt. dec. 144, sub n. 8, vers. Quia cum testator & n. 9, ubi Ferentill. sub n. 13, vers. Hoc tamen repetita dec. 773, part. 2, recent. Crivell. dicta dec. 149, sub n. 10, vers. Sic in legato, & seq. Gibalin. de usur. lib. 1, cap. 7, art. 8, consil. 5, sub n. 38, vers. Et primo fol. 124, Ciardin. cont. 25, n. 3, cum aliis apud Leotard. de usur. dicto cap. 18, n. 23, & 26, Rot. in dicta Urbevetana legat. 5, Aprilis 1647, §. minus obstat verò. Secus verò est Bichio.

Debentur quoque usura seu fructus legati certæ quantitatis per testatorem relictæ quando legatum alternativè * conceptum apparet, quia tunc usura considerari nequit de cuius natura est multiplicatio obligationum, non autem alternatio, ut optimè declarat Auctor hic num. 20, Rot. dicta dec. 159, num. 11, apud Pacific. de Salvian. repetita post Merlin. de legit. dec. 29, Leotard. de usur. quæst. 18, num. 29, Cancer. var. resolution. part. 3, cap. 7, n. 39, Crivell. dicta dec. 149, n. 12, Rota in dicta Urbevetana legat. 5, Aprilis 1647, §. præferim vers. quando legatum est alternativum Bichio. Num verò exactio ad contrahendam usuram * requiratur, controvertunt Doctores & requiri exactiorem, ut quis puniri valeat post alios comprobant Laurent. decis. Avenionen. 48, in fine. Cyriac. controverf. 169, num. 26, & facit Sperell. dec. 116, n. 10. Sola autem stipulatio usurarum, nulla prorsus * accedente reali exactiōne in foro inferiori usuram gignit. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 97, n. 32, in fine. Cenc. de cens. quæst. 36, n. 12, & seq. Ciardin. controverf. 29, num. 63, & 74, & controverf. 40, num. 59.

Idem quoque, ac multo magis fidei locum vindicant, quando Testator pecunias legat investendas * nam si hæres ille implicare neglexerit, rectè per testatorem onus solvendi interesse injungitur. Honded. consil. 39, ex n. 3, lib. 2, Rot. apud Merlin. de legit. dicta dec. 29, n. 1, in fine, & 2, repetita apud Pacific. de Salvian. dec. 159, & apud Cenc. de cens. dec. 479, n. 12, & dec. 285, n. 11, Gratian. discept. 240, n. 34, & discept. 579, n. 20, Buratt. dec. 913, ante n. 1, Salgad. in Labyrinth. cred. part. 2, cap. 24, n. 9, ubi quod pecunia jussu Testatoris implicanda, pro implicata habeatur, Leotard. de usur. quæst. 20, n. 10, Rot. dec. 85, n. 14, part. 2, tom. 2, & dec. 131, n. 12, & seq. part. 9, tom. 2, recent. & in Bononien. de Lambertinis 3, Julii 1647, Bichio, & in Romana quatuor domorum 21, Junii 1649, §. non obstat Peutingero, & in Beneventana dotis 26, Aprilis 1656, n. 5, Melio. ubi alia decisiones recententur. Quibus addo in Interamnen. dotis 27, Aprilis 1657, §. respectu vero Zarate.

CAPUT XLIX.

SUMMARIUM.

- 1 Dos consistens in stabilibus mortuo marito statim restituenda est; Consistens verò in pecunia, aut mobilibus elapso anno restituenda est num.
2. In reditu tradita in eodem restituuntur num.
3. Legata à marito incontinenti restituenda est num. 4.
- 5 Maritus conventus pro restitutione dotis habet Melius ad Castellum de Alimentis.

beneficium deducto ne egeat; Fallit ut numero 6.

7 Offerendi Jus creditoribus competit adversus uxorem, cui fuit assignata dos propter vergentiam mariti ad inopiam; Sed contra num. 8. Declara ut num. 9.

10 Oblatio realis requiritur in Jure offerendi.

11 Vidua interesse dotis consequi non potest ex quo adsint occasiones implicandi. Sed contra num. 12.

Dos consistens in fundo dotali, seu stabilibus, illico * ab obitu mariti restituenda venit Ripol. var. resolut. cap. 10, num. 20, & nu. 111, Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 107, n. 21, Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, n. 1, Cyriac. controverf. 325, n. 6, Gibalin. de usur. lib. 4, cap. 5, art. 23, n. 8, & aliis pluribus cumulatis comprobant Auctor hic num. 4, & 5, ubi in mobilibus, pecunia, aut se moventibus * dote constituta, ac consequenter restituenda, subjungit restitutionem dotis statim non fieri, sed tantum elapso anno à die soluti matrimonii, Manent. consil. 16, n. 23, Fenzon. ad statut. Urb. cap. 133, n. 2, Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 107, nu. 2, Altograd. consil. 84, n. 31, lib. 1, Arias de Mes. var. resol. lib. 3, cap. 22, n. 13, ubi quod ista annalis dilatio non competat marito putativo. Antonin. de Marin. resolut. 109, n. 2, lib. 2, Camarat. respons. 43, n. 2, Rot. dec. 131, n. 12, part. 6, recent. Gibalin. de usur. lib. 4, cap. 5, art. 23, sub n. 8, vers. Intra annum tom. 2, Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 54, n. 30, & dec. 89, n. 2, Ripol. var. resol. cap. 10, n. 111, Duran. dec. 1, n. 6, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 19, num. 1, & 7, Sperell. dec. 176, n. 29, alios recentet Olea de cess. jur. tit. 4, quæst. 2, num. 33, & tit. quæst. 12, num. 29, Tondut. resolut. civil. num. 1, part. 2, regulariter enim dos restituitur secundum quod constituta * apparet: idcirco dos in reditu tradita in eodem repetitur. Corn. consil. 52, sub num. 1, vers. Nec obstat lib. 1, Rot. in Romana fideicommissi 13, Maii 1652, in fine Bichio. Auctor hic num. 12, ad quod videndus Olea de cess. jur. tit. 5, quæst. 12, ex n. 2, Gratian. discept. 756, n. 7.

Si maritus dotem uxori * legaverit, statim ab illius obitu debetur, nec lapsus temporis à lege præscripti ad faciendam dotis restitutionem expectandus venit, Cancer. variat. resolution. capite 9, nu. 49, vers. Et hoc nisi. Tondut. variat. resolut. civil. part. 2, cap. 155, num. 2, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, quæst. 19, num. 4, Antonin. de Marin. resolut. 91, num. 31, lib. 1, & resolut. 16, num. 9, lib. 2, Altograd. dicto consil. 84, num. 82, lib. 1, & consil. 53, num. 53, & 54, lib. 2, ubi quod sicut per exceptionem restitutæ dotis tollitur actio de dote, ita quoque, & legatum removeatur. Rot. dec. 41, num. 11, part. 9, tom. 1, recent. Carracciol. dec. 23, num. 27, & 50, cum adductis per Auctorem hic num. 9, & 11. In prædicta tamen dotis restitutione maritus in casum ejus vergentiæ ad inopiam, * ac communes filii in casum obitus mariti beneficium habent, ne conveniantur ultra quam facere possint, Theaur. dec. 119, Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7, glof. 3, part. 11, num. 80, & sequent. Salgad. in Labyrinth. credit. part. 3, cap. 11, num. 86, ubi quod per maritum non amittatur beneficium deducto ne egeat etiam post contractam obligationem se solutorum promiserit, Franc. dec. 164, nu. 14, Ferentill. ad Buratt.

dec. 29, n. 9, & dec. 281, sub n. 20, vers. quod maritus. Ubi ampliatur etiam si maritus huic beneficio expressè cum juramento renuntiaverit, quod repetit, & exornat Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 19, ex n. 15, ad 24. Rot. in Recanaten. separationis Thori 26, Februarii 1625, Priorano, nunc dec. 594, part. 4, tom. 3, recent. & coram Merlin. dec. 886, n. 6, & 7, & dec. 231, n. 1, & seq. & per totam part. 6, recent. ubi limitat quando uxor agens ad dotem, & ipsa pauper existit, & quando maritus uxori ob sævitiam fuit ingratus, & in eadem causa dec. 742, n. 32, & seq. part. 4, tom. 3, recent. Niger. de except. cap. 8, §. 31, n. 47, & 50, & de execut. rei judicat. cap. 14, §. 8, n. 7, Donad. de renunciat. cap. 23, n. 9, & 25, ubi quod huic beneficio renunciari nequeat, Gratian. discept. 120, n. 78, ubi limitat in putativo, & discept. 406, n. 7, ubi limitat in marito qui sua culpa incidit in paupertatem, Leoncill. de privileg. pauper. 20, n. 4, & privileg. 240, n. 1, & seq. ubi ampliatur & restringit, Giurb. dec. 43, n. 4, & 8, ubi idem repetit Rub. ad dec. 16, n. 44, & seq. part. 9, tom. 1, recent. ubi quod maritus spolietur tali privilegio si malè se gessit erga uxorem, aut ejus bona Larr. dec. 66, num. 27, Masfrill. dec. 93, per tot. Hieron. Nicol. in suis lucubrat. lib. 4, tit. 6, nu. 357, fol. 404, tom. 1, Antonin. de Amat. resol. 55, n. 1, seq. ac per totam latè Cigal. de act. §. 28, nu. 63, 64, & 65, fol. 161, ubi limitat quando dos restituitur extraneo, & quando ob ejus inopiam constante matrimonio convenitur ad dotis restitutionem, Baldax. de Angel. ad Gizzarel. dec. 50, n. 6, Thomas de Tut. & Curat. tit. 19, sub n. 644, vers. & maritum, ubi quod fruatur hoc beneficio, non obstante jurata renunciacione, Olea de cess. jur. tit. 6, quest. 11, sub n. 42, vers. qui asserit maritum. Arias de Mes. variar. resolut. lib. 2, cap. 37, sub n. 8, vers. quia cum is, & lib. 3, c. 22, sub n. 13, vers. neque beneficium deducto ne egeat, non competat marito putativo, Ciarlin. controvers. 139, n. 26, ubi quod maritus non gaudeat privilegio ne conveniatur, quando uxor sua dote indiget, ut se alat: Prædicta autem conclusio applicabilis non videtur, quando uxor propter viri inopiam agit ad assecurationem dotis; dum enim maritus ex fructibus ejusdem dotis alimenta consequitur. Ideo non indiget præservativa Juris deducto ne egeat, ut post alios animadvertunt Fontanell. de pact. nupt. claus. 7, glos. 2, part. 3, n. 68, tom. 2. Rot. dicta dec. 742, n. 36, & 37, part. 4, tom. 3, recent. Auctor, cap. 37, §. 2.

At si uxor, seu vidua per cessionem titulo oneroso Jus repetendi dotes * in extraneum transulerit, tunc nec maritus, minusve ejus hæredes cessionario agenti ad restitutionem dotis opponere possunt beneficium seu exceptionem deducto ne egeat, Masfrill. dec. 93, in fine. Cutel. de donat. tract. 1, discurs. 2, part. 10, num. 70, & seq. Olea de cess. jur. tit. 6, quest. 11, num. 43, & seq. Sicuti è contra hæredes mariti, aut aliter de eo causam habentes in solidum conveniuntur, nec ipsis competit privilegium deducto ne egeat ad tradita per Donad. de renunciat. cap. 23, nu. 7, & seq. utrum verò, & quando vidua, ejus filii aut hæredes tam à promissione dotis, quam ab hæredibus viri interusura dotis prætere de valeat dixi ad cap. 51, & eandem materiam pluribus exornat Auctor hic à num. 2, & per totum.

Marito vergente ad inopiam si illius uxor pro dotis assecuratione assignationem bonorum mariti obtinuit, cumque aliis creditoribus anterior præxisset, quæritur an creditores ipsi dotis

mulieri offerentes * bona eidem assignata consequi debeant, pro affirmativa faciunt notata per Doctores in leg. si constante 25, ff. solut. matrim. ubi etiam Barbof. num. 62, & 63, pro indubitato habet, si dos in pecunia constituta appareat. Gaspar Antonin. Theaur. ad dec. 207, ejus genitoris in fine Fachin. controvers. jur. 100, §. ego verò lib. 3.

Cæterum plures alii in contrariam transferunt opinionem, quod nimirum adversus mulierem * prædicto in casu posterioribus creditoribus Jus offerendi non competat per textum in leg. ubi adhuc 29, ff. de jure dot. inter quos Gail. practicar. observat. 92, sub num. 6, vers. Præterea lib. 2. Franch. dec. 54, num. 1, & 5. Olasc. dec. 135, num. 9, 12, & 13. Capyc. Galeott. controvers. 65, num. 14, centur. 2, Joan. Francisc. Andreol. controvers. 12, num. 17, & 18. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7, glos. 2, part. 3, num. 51, tom. 2. Mangil. de subbas. quest. 57, numer. 20. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, quest. 73, nu. 42, cum infinitis apud Donad. de renunciat. cap. 21, num. 43. A. Coll. de privileg. creditor. regul. 3, limitat. 1. num. 23. Antonin. de Marin. resolution. 219, num. 15, & 16, lib. 1, cum infinitis apud Giurb. dec. 16, num. 12, & sequent. Ubi duo isti Auctores limitant quoties assecratio in mobilibus consisteret, aut mulier bona sibi assignata pro assecuratione distrahere contendere.

Alii consulunt secundo creditori quod curet bona mariti debitoris * vendi ac subastari, ad effectum ut primò satisfiat mulieri de sua dote, & de residuo posteriori creditori. Gratian. disceptat. forens. 941, num. 3, & seq. Joan. Francisc. Andreol. controvers. 12, num. 19, cum adductis per Mangil. de subbas. dicta quest. 57, num. 21.

Verumtamen oblatio facta à posteriore verbalis non suffragatur, ex quo oblationem * effectivam cum deposito jus offerendi prærequirit, dixi allegat. 22, n. 21, fol. 399, lib. 1. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 4, quest. 83, num. 2, 18, cum seq. & à num. 80, & ad materiam vide Joan. Franc. Andr. in collect. post 5, volum. controvers. in vers. Jus offerendi.

Prosequendo materiam Auctor hic num. 27, & 42, inquit an vidua ejus dotes implicatura interesse dotis non restitutæ consequi valeat ex eo solum, * quod hisce temporibus adsint semper occasiones emendi census, annuos redditus, aut alias acquisitiones faciendi, & istam probationem præsumptivam lucrandi ex implicatione dotalium non admittit, & copiosè per ipsum adductis accedunt Zucchar. decis. 21, numero 6, & 7, ubi ampliatur etiam Civitate mercantili, Rot. apud Fenson. dec. 83, vers. neque in hoc casu: & apud Merlin. de pignor. & hypothec. dec. 29, num. 7. Pen. dec. 612, num. 4, & 7. Thomas de Tut. & Curat. tit. 18, num. 248, fol. 183, & nu. 256, fol. 284, & num. 278, fol. 276. Hodiern. ad Surd. dec. 240, num. 31, ac 32, & controvers. 17, n. 30. Cyriac. controvers. 163, n. 19, & controvers. 540, n. 39.

Sed contrariam opinionem quicquid sit in Romana Curia * propter illius Rotæ auctoritatem prævalere ac in praxi inductam comprobant cumulati per nos allegat. 51, nu. 26, & allegat. 52, n. 32, leg. 2, ac allegat. 107, n. 34, lib. 3; Thomas de Tut. & Curat. tit. 18, num. 256, ac sub num. 298, vers. nisi in loco probaretur frequens occasio implicandi ad lucrum, aut ac-

quifi-

Observationum de Alimentis. Caput L.

quisitiones pecuniarum, & sub n. 292, vers. ubi extant commoditates censuum. A Pont. de potest. Proreg. tit. 4, §. 5, ex nu. 68, & §. 6, nu. 64, ubi quod resolutio in curia Romana habeat difficultatem, secus autem in Regno, Scipio Theodor. allegat. 40, nu. 30, ubi quod interesse lucri cessantis ex mora debitoris passim reficiatur de stylo Sacri Concilii absque alia probatione, eo quod semper sunt occasiones emptionum ad rationem septem vel octo in Civitate, & Regno Neapolis, Carleval. de judic. lib. 1, tit. 3, disput. 8, sect. 6, n. 97, tom. 2, ubi hanc opinionem ab ipso viriliter impugnatam admittit, quando præter frequentiam constituentium annuos census & venditum proprietates frugiferas, concurrat etiam solitum prætendentis interesse collocandi pecunias in similibus acquisitionibus, Staiban. de interest. quest. 12, num. 28, & 29, lib. 1, & huic sententia quoad pecunias peculiare adhæret Seraph. dec. 186, numer. 6, Rot. dec. 568, num. 3, part. 1, divers. & plures alias, ut ipsa testatur apud Fenson. ad statut. urb. dicta dec. 83, §. neque ibi, & quicquid alias fuerit dictum Masfrill. dec. 29, num. 5, & dec. 61, num. 23, & seq. ubi extendit quoque ad hæredes mulieris, & dec. 143, num. 10, & per totam latè Gait. de credit. cap. 2, tit. 7, quest. 2, ex nu. 1756, usque ad 1766, Fachin. controvers. jur. lib. 3, cap. 102, ubi extendit conclusionem ad donationem propter nuptias, Menoeh. conf. 7, num. 16, ubi de consuetudine regionis Pedemontanae Manent. de contract. Lucell. quest. 1, part. 15, nu. 43, Cyriac. dicta controvers. 540, num. 37, tametsi ab hac opinione ex fundamento admodum levi recedat, & facit Gratian. disceptat. 931, nu. 8. Antonin. de Amat. resolut. 49, num. 90, ubi plures refert, ex quibus tamen perpauci hoc asserunt, Leotard. de usur. quest. 30, sub num. 56, vers. Quibus consentit, & quest. 74, sub numer. 53, vers. Quæ dicitur, Mart. Medic. dec. Senen. 14, num. 13, ubi quod longè magis defunt qui possint dare pecunias ad interesse, quam qui velint accipere, & num. 29, ubi pulchrè admonet parum interesse, quod Rota Romana mutaverit opinionem dum extra illam constans remanserit, Larr. dec. 37, num. 28.

CAPUT L.

SUMMARIUM.

- 1 Maritus ob dotes sibi non solutam interesse consequitur; Non consequitur usuras quando dos erat solvenda ad omnem ipsius requisitionem num. 2. Sed contra num. 3. Dotis interesse non consequitur quando tempus, summa, & estimatio dotis consentit in arbitrium tertii, nisi post declarationem num. 4. Declara ut num. 8. Sed contra num. 5. Interesse consequitur etiam si dos consistat in pecunia num. 6. Fructus dotis consentit remississe quando data dilacione ad solvendum nihil de eis dixit num. 23. Declara ut nu. 24. Usuras dotales legitime præterit à debitore cesso intimata cessione num. 25.
- 7 Interesse dotis mariti debitum taxatur juxta consuetudines aut statuta locorum; ob dilatom dotis solutionem ab initio in pactum deduci potest num. 22.
- 9 Mariti cessionarius non consequitur interesse dotis.

Contrarium qui teneant num. 10.

- 11 Interusura ex taciturnitate non consentit remissa; Amplia ut num. 12. Declara ut nu. 13. Per hæredes mariti consequi possunt num. 14. & num. 15. Quando debeantur jure actionis nu. 21.
- 16 Remissio alimentorum dotis facilius inducitur favore uxoris vel soceri, quam extraneorum; Declara ut n. 17.
- 18 Fructus dotis per receptionem sortis quando consentantur remissi. Et n. 19, & 20.

Maritus ob retardatam dotis solutionem licet ac omni jure fructus seu interesse consequitur, * nec quod percipit ex pignore in sortem excomputat, ut præter hic adductos, nu. 1, seq. & n. 51, animadvertunt Buratt. dec. 159, n. 2, cum ibi adductis per Ferentill. n. 13, & dec. 282, n. 13, & 16, Sperell. dec. 84, n. 1, Staiban. de inter. lib. 2, tit. 3, numer. 1, & per totam quest. 1, Leotard. de usur. quest. 3, n. 7, & quest. 28, n. 2, & seq. & quest. 48, n. 24, & quest. 90, n. 54, & quest. 98, n. 5, & seq. Merlin. Pignatell. controvers. 28, ex n. 2, cent. 1, Leoncill. dec. Ferrar. 91, num. 3, ubi quod fructus dotis debeantur etiam ab eo qui dotare non tenebatur, & dec. 92, n. 4, Duran. dec. 448, num. 53, ubi quod maritus facit fructus pignoris suos ad ratam tamen dotis, Mart. Medic. ad dec. Senen. examinata. 7, n. 26, & seq. & dec. 14, num. 1, & dec. 60, nu. 4, Hodiern. ad Surd. dec. 211, num. 2, & 3, ubi quod vir putativus fructus tantum suos faciat, quos re vera impendit in onera matrimonii, Rot. dec. 44, nu. 11, 14, & 15, part. 6, recent. Spad. consil. 178, n. 1, & 2, lib. 3, Rot. in Bononia. dotis 18, Martii 1648, §. Unde cum dicti, coram Reverendissimo Dunozeo.

Verum si promittens dotem se obligaverit illam solvere ad omnem terminum; & simplicem requisitionem * mariti dubitatur, numquid ante requisitionem mariti debitor dotis in mora constitutus dicatur, & consequenter an ad fructus dotales teneatur, in qua quidem questione non teneri debitorem dotis erga maritum ad dotis interusura dicendum videtur, ea ratione, quia dies incerta absque interpellatione non constituit in mora, l. dies incertus 74, ff. de condit. & demonstrat. Honded. conf. 36, nu. 21, & 22, lib. 2. Rot. dec. 476, num. 2, & 3, part. 1, divers. & apud Zacch. de Camer. oblig. dec. 31, num. 8, Gratian. disceptat. 748, nu. 3, Ferentill. ad Buratt. dec. 159, num. 14, Leoncill. dec. Ferrar. 92, n. 4, in fine. Optimè Spad. consil. 178, nu. 3, lib. 3. Verumtamen quod promissa dote ad omne beneplacitum, & requisitionem mariti statim quod suffinet onera matrimonii non præmissa interpellatione mora contrahatur & debeantur interusura, * quasi illa verba ad omnem petitionem, & voluntatem generi non faciant conditionem, minusve suspendant exactionem fructuum dotis, comprobant Ruin. consil. 132, n. 2, lib. 1. Socin. conf. 288, sub n. 29, versic. comprobatur hoc idem, lib. 2. Gratian. disceptat. forens. 143, n. 15, Ludov. decis. Lucen. 21, n. 48, Claud. Bertazzol. ad consil. crim. Bertazzol. conf. 262, vers. ampliatur 1. Sperell. dec. 84, n. 13, Mart. Medic. decis. Senen. 14, n. 43, Staiban. de inter. lib. 2, tit. 3, q. 1, n. 8.

Collata dote constituenda circa tempus, summam, aut æstimationem in arbitrium tertii intra tempus * ante declarationem maritus alimenta dotis prætere de nequit, etiam si onera

H 4

matri-